



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt omnibus modis cauendum sit menacium. xxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cōcil. Aurelia. cap. 2. **I**uramentum filii, aut filia, nesciente patre, & vota monachi nesciente abbate, & iuramenta pueri, irrita sunt.

Quod omnibus modis cauendum sit mendacium.
Caput XXVIII.

Gregor. dicit. **N**OLI fili negare gratiā dei, ne incurras pro bono in malum, pro humilitate in mendacium. Cauendum nanque est omnibus modis mendacium, siue pro malo, siue etiam pro bono proferri videatur: quia omne mendacium non est ex Deo, sed sicut Saluator dicit, à malo est.

Item de iuramento. Cap. XXIX.

Ex cōcil. Toletan. **E**T ENIM dum peierare compellimur, creatorē quidem offendimus, sed nos tantummodo maculam, cum verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contēnimus, vt proximis impia crudelitate noceamus, & nos ipsos crudeliore mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo, vt eò nostra pergat sententia, quò misericordiae patuerit via. Quae ita domino probatur accepta, vt plus eam cupiat, quàm sacrificia veneranda, dicēte ipse: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hac indulgentia concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestatem redigimus: vt quia Deus illi miseratione ditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non denegat. Quae ita principali discretionē moderata persistant, vt & illis ita sit misericordia contributa, vt nusquam genti, aut patriae, per eosdem, aut periculum quodcunque perferat, aut iacturam. Hac miserationis obtentu tēperasse sufficiat, ceterumque iuramenta pro regia potestatis salute, vel constitutione gentis, & patriae, quae hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia, omnique vigilantia indissolubiler decernimus obseruanda: merbro truncatione, mortisque sententia, religione penitus absoluta, sed ne prauarū mentium versuta nequitia, nosmet ad periurii aliquando prouocet culpam, nec à sanctae fidei regula hanc afferat venire sententiam: tam diuinæ authoritatis oracula, quàm præcedentium patrum